

Kreis Paderborn

S. 143

3u 1152. (?)

[15]

Ein Abt von Abdinghof bekennt, mit einigen Gütern seines Klosters nicht pflichtmässig verfahren zu sein und bittet den König um Wahrung des Nutzens seines Klosters.

Quoniam quidem peccatis meis exigentibus et necessitatibus magnis urgentibus in eam incidi miseriam, ut praebendam fratrum meorum contra ius ecclesiasticum cogerer dare in beneficium, rediens ad cor poenitui et Deo et fratribus meis, sicut in subsequentibus audietis, satis feci. Dominus G. bona, que sunt in Haften, a me accepit non libere, sed per conditionem eam scilicet, ut si quandoque haberem locum redimendi, redimerem. Hec oportunitas nuper se mihi obtulit in beneficio quodam, quod sine herede sine ulla contradictione in ius meum rediit. Misi igitur ad dominum G., qui acceptis a me bonis, in quantum sibi placuit, praebendam fratrum, quam contra salutem et meam et suam detinuit, legitime mihi reddidit. Nihil autem horum in occulto factum est, sed in manifesto et coram testibus, quia episcopus Osenbrugensis, abbas Werdeunensis, dominus Frithericus, dominus Bertholdus praesentes aderant cum multis aliis nobilibus. Bona que sunt in Redinghem in veritate, nunquam alicui praestiti, sed tamen illi, qui ecclesie Dei vim fecit et mihi, non violenter, sed per inducias, per vocaciones, quasi beneficium militum meorum iudicio abstuli. Hec ex mea persona tibi placuit scribere, ne alicuius versutia per sententias a veritate alienas te possit decipere. Quod enim nunc in hac re est diffinitum, testificor coram Deo, quia nunquam per me erit irritum. Memento igitur regie, que te institutit, dignitatis, memento commissi fratrum et abbatis, quia cum legitime accesseris, non sine magno anime periculo transibit, si neglexeris. Age ergo causam Christi pauperum; semina bonum semen in eis, quod quandoque cum gaudio recipies in celis; nam secundum apostolum, que seminaverit homo, hec et metet; et qui defecerit in semine, non gaudebit in messe. Vale.

II, 213 (aus Ms. theol. in 2° 60, fol. 79v (B. Evangeliar aus Abdinghof) der Landesbibliothek Kassel); dazu Philippi, Der liber vitae des Klosters Corvey (Abhandl. üb. Corvey) II, S. 166. Von Wilmans, Addit. irrtümlich als in Quarto angegeben Nr. 6, S. 4 und öfters. — Vielleicht bezieht sich auf die hier erwähnten Vorgänge in Renkum (Radenkem) Nr. 48 bei Wilmans, Additam. (1152) unter Abt Konrad I. (1138–1154) (?). Ein Bertholdus ist Vogt des Klosters 1158 (B. II-B. II Reg. 1854; Cod. 312). Die Güter in Haefsten erwähnt W. II-B. II Reg. 2126; Cod. 431 (1183).